Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

de sancto iohe baptista quotidie expedit introitus.

Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo dni in atis domus dei nri. ℣. Bonum est confiteri dno et psallere noi tuo

Deus qui omnes omnes. Oro.

Deus: ut familia tua per viam salutis incedat. et beati iohannis precursoris hortamenta sectando. ad eum que docuit secura pervenitat. Onim. Leco actuum apl'orum.

In diebus illis: surgens paulus. et manu silentium indicens ait. Viri israel dilite: et qui timetis deum audite. Deus patrum nrorum exsemine david secundum promissionem eduxit israel saluatorem iesum: predicante iohane ante faciem aduentus eius baptismum penitentie omni plo israel. Cum autem impleret iohes cursum suum dicebat. Quem me arbitramini esse non sum ego: sed ecce venit post me: cuius non sum dignus calciamenta pedum solvere.

Fuit homo missus a. gre. deo cui nomen iohes erat hic venit. ℣. Vt testimonium perhibet de lumine et parare dno plebem perfectam. Alla: Inter natos mlrum non surrexit maior iohanne baptista. Math'm.

In illo t: cepit ihs dicere ad turbas de iohane. Quid existis in deserto videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vob. plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Amen dico vob: non surrexit inter natos mlrum maior iohe baptista.